

16





MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM,  
INFLAMMATIONE, ET  
OBSTRUCTIONE HEPATIS,  
LABORANTIUM;

Q V A M,

DEO OPT. MAX. AUXILIANTE,  
SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATR I, & Medicinæ,  
Anatomes, ac Botanices Professoris Ordi-  
narii, ac Philosophi eximii,

*Publicæ disquisitioni exhibet*

CORNELIUS COOPER, Harlemo - Batavus.

*Ad diem 1. Decembris. horâ 9. matutinâ.*



TRAJECTI AD RHENUM,  
TYPIS Theodori ab Ackersdyck, & Gisberti à Zjll,

clb. 13. c. LII.

Clarissimis Consultissimisque Viris,

D. CORNELIO COOPER, Chirurgo  
expertissimo Patruo meo.

D. GUILIELMO MAHIEUS, in Cu-  
ria Hollandiæ Actorum conscribæ:

D. CASPARO MAHIEUS, J. V. D. in  
Curia Hollandiæ Advocato: Avunculis meis nunquam non  
honorandis.

D. PETRO PANNELIO, in Ecclesiâ, quæ  
Grypskerckæ colligitur, Ministro fidelissimo, vigilantissimo:

D. MICHAELI PANNELIO, Merca-  
tori apud Medioburgenses solertissimo: Avunculis meis.

D. CAROLO VANDER HEYDE, Civi  
apud Hagâ-Batavos honestissimo; Tutori meo, quoad vivam,  
mihi colendo.

D. IOANNI LAINIER, J. V. D. Cognato  
mihi dilectissimo.

N E C N O N

D. GERARDO CALFF, Medicinæ Doctori  
expertissimo, & praxim hic etiamnum feliciter exercenti.

Nobilissimo Spectatissimoque Viro

D. DANIELI VAN GEELE,

D. IACOBO CLOUCK, J. V. D. Advoca-  
to disertissimo, doctissimo.

D E N I Q U E

D. NICOLAO CROESER, } Huic Medicinæ, Illi

D. CORNELIO EREMITÆ, } Philosophiæ studio-  
sis indefessis, Contu-  
bernalibus meis suavissimis.

Hasce suas Medicinæ primitias,

In grati animi signum,

D. D. D. D.

CORNELIUS COOPER

MEDICATIO VIRI,  
INFLAMMATIONE HEPATIS  
LABORANTIS.

1. **V**ir 36. annorum crapulę passim indulgēs, incidit in dolorem gravativum, hypochondrium dextrum, cum inani tussicula, & respirationis difficultate, occupantem. Dolor ab hypochondrio ad claviculam sese extendit. Facilius æger supinus, quam in latere, jacet. Pulsus valde celer ac creber & inæqualis. Lingua arida rubensque. Sitis adest inexhausta, cum nausea, cibi fastidio, & singultu. Urina observatur rubicunda.

2. Afficitur in hoc ægro hepar; quod ex dolore gravi, hypochondrium dextrum occupante, & tussicula inani, ac respirationis difficultate, nec non nausę, cibi fastidio, & singultu comitata, potissimum patet. Afficitur etiam cor, quod ex pulsus illis vitiis; item ex siti inexhausta, & lingua arida, & urina rubicunda, est manifestum.

3. *Morb*us, qui ipsum affligit, est inflammatio hepatis; eaque ex dolore hypochondrii dextri, siti perpetua, feбри continua, aliisque symptomatis in historia commemoratis, innotescit.

4. *Causa procatartica* hujus morbi est crapula, cui æger passim indulgit. Hinc enim multi sanguinei & fervidiores in corpore ejus geniti humores *antecedentem* huic morbo præbuere causam. Pars vero eorum sese extra vasa in substantiam hepatis effundens, ibique putrescens, & vehementer incalescens, *continens* hujus morbi & symptomatum est causa.

5. A copia enim istorum humorum, hepar occupantium, & in eo effervescentium, oritur *gravis sive gravativus hypochondrii dextri dolor*; qui propter pondus visceris, & viciniam, & connectionem cum diaphragmate & pleura, ad claviculam sese extendit, & respirationis difficultatem inducit: & quia fervor hepatis & ejus humores per evaporationem propter viciniam, ventriculo & pulmonibus perpetuo & copiose communicantur, hinc

A 2

oritur

o Nij... struv

102  
oritur in nostro ægro *singultus, nausea, & cibi fastidium, & sitis inexhausta, ac inanis tussicula.* Parte vero istorum fervidorum humorum perpetuò ab hepate ad cor per venam cavam ascendente, vehementiusque ac malignius ibi incalescente, & in os ex pulmonibus exhalante. Hinc in nostro ægro, febris est continua symptomatice, sese per pulsum celerem & crebrum & inæqualem, & sitim illam inexhaustam, nec non linguâ aridâ rubenteque se prodens.

6. *Morbus* hic, propter magnitudinem suam, ac partem affectam, graviaque quæ inducit symptomata, ac etiam metum atrophix, hydropis, aliorumque gravissimorum morborum, est periculosissimus.

7. Curatio itaque diligens adhibenda est: eaque in causâ procatartice, antecedentis, continentis, & intemperiei, per contraria ablatione, consistet. Primo itaque mox vena in dextro brachio aperiatur, sanguisq; ad ℥ viij. vel x, pro ratione virium, educatur. Venæ sectioque reiterari poterit.

Sequenti die tali lenitivo medicamento purgetur:

℞. *Cassia recens extracta* ℥j.

*rhabarb. pulverisati* ℥j.

*aq. cichorei q. s. m. F.* Haustus brevis.

Expurgato corpore, inungatur regio hepatis unguento fantalino, & pannum lineum eodem unguento inunctum apponatur, citra calefactionem.

Interea etiam sequenti utatur decocto:

℞. *rad. cichor., endiv., an.* ℥j.

*taraxaci, petroselini, fenicul. an.* ℥ β.

*herb. endiv. cichor. taraxaci, acetos., violar.*

*lactuc. an. m. j. fumaria, agrimonia, capill. ven.*

*borag. bugloss. chamæd., chamæpitis, an. m. β.*

*sem. 4. frigid. major. an. z. ij. anisi z. j.*

*Tamarind. ℥j. prunor. acid. No. Xij.*

*uvar. pass. z. x. hord. mund. p. j. liquerit. rase z. iij.*

*Decoq. in aq. com. ad ℔ β. Colat. adde*

*syr.*

*verte deo folia*

fol. malve, althea, violaria, agrimonia, chamaed, mentha,  
absynth, an. m. j.

sem. lini, fenigraci. baccar. Iunip, coriandri an. ℥ β.

flor. genist, sambuci, chamomill., meliloti, an. ꝑ j.

ligni santali citrini, ℥ j.

Fiat omnium decoctio in duabus partibus aq. chalibeata & una vini  
albi sub finem additi, colat. adde aceti ℥ β. & fiat fomentum, cum  
pannis lineis eo inbutis adhibendum, ut fuit dictum.

Post fotum inunguatur locus tali unguento:

℞. ol. lilior, de capparib. an. ℥ ij.

succ. bryonia, apii an. ℥ ij.

Bulliant ad succorum consumptionem

addendo ungu. de althea, gumm. ammon. acet. dissol. & ex-  
tracti an. ℥ j.

sem. dauci, spicanardi, an. ℥ j β.

cera flava q. s. F. Unguentum,

cui, tempore, usus addatur aceti rosacei parum.

Post horum usum, ad obstructionum reliquias tollendas &  
partem affectam roborandum, conveniet sequens opiata:

℞. conserv. flor. absynth.

flor. tamarisci, capill. an. ℥ j.

rad. enule campanæ, cort. citri cond., an. ℥ β.

myrabolan. cond. N<sup>o</sup>. j.

nuc. moscat. cond. ℥ ij.

spec. diarhod. abbatis ℥ j.

salis absynthii, tamarisci an. ℥ β.

croci ℥ j. ambre gryseæ ℥ β.

Cum syr. cond. cort. citri F. Opiata,

de qua capiat singulis diebus magnitudinem castaneæ ma-  
jor. duabus horis ante pastum, superbibendo vini hippocra-  
tici parum.

Plurimum etiam conducent balnea tepida, in quibus emol-  
lientia & aperientia ebullierint.

10. Obstructiones si contumaces fuerint utatur sequentibus  
pilulis.

B

℞. aloës

lia



Rz. aloës optima, succo absinthii diligenter nutrita ℥β.  
gumm. ammon. aceto dissoluti & trajecti ℥iij.  
myrrha electa in vino calido soluta & trajecta ℥ij.  
pulv. diatrium santal. cristall. tartari an. ℥j.  
agarici recenter trochisc. rhabarb. electi an. ℥ij.  
salis absinthii, tamarisci, an. ℥β. croci ℥β.  
Cum syr. ros. sol. F. mass. pilularum, de qua capiat ℥β.  
bis in septimana, duabus horis ante pastum.

Ad obstructions pertinaces tollendas præ cæteris conducunt remedia ex tartaro, vitriolo & chalybe conflata, quæ apud praticos occurrunt & hic etiam adhiberi possunt.

II. In *dieta* aër sit purus, calidus, tranquillus. Cibus attenuans & calidus, ex pane bene fermentato, & carnibus gallinæ, vervecinis, ovis forbilibus, capparibus, asparagis, hyssopo, petroselino. Potus sit cerevisia & vinum mediocrium virium. Alvus respondeat arte vel natura. Gaudio det operam: moderate se exercent.



# Corollaria Respondentis.

I.

**S**emen non est perfusum spiritu veniente  
à cerebro.

II.

Fœtus in utero solo sanguine nutritur.

III.

Respiratio est motus animalis.

IV.

Nihil trahit, quod trahenti non sit affixum.

V.

Datur Circulatio sanguinis.

VI.

Sanguis menstruus per se non est pravus.

VII.

Vacuum dari implicat contradictionem.

F I N I S.



A D

*Doctissimum, Ornatissimumque Iuvenem,*

CORNELIUM COOPERUM,

D E

Inflammatione & Obstructione  
Hepatis

*FELICITER DISPUTANTEM.*

**D**Um furit in nostros passim Bellona penates,  
Sævit & in patrias Mars furibundus aquas:

Tu Trajectini sectaris amica Lycæi

Otia, delicias, Docte COOPERE, tuas.

Bella juvent alios, sequeris pia castra Minervæ,

Una hæc militiæ causa placere potest :

Tu sapiis evolvisque libros, in Hippocrate totus;

Incumbis studiis nocte dieque tuis.

Pergito : sic celebris Podalirius alter in arte,

Sic eris, & patrii spesque decusque soli.

*Amicus Amico*

Cecinit,

JOANNES CALF

*syr. de limonib. ℥ij. F. Apozema, de quo sumat ager  
subinde haustum ter quaterve in die.*

8. Morbo magis inclinante, pro dolore utatur sequenti epi-  
themate, regioni hepatis pannis lineis adhibendo:

*Rx. herb. endiv., cichor. viridis., an mj.  
florum camomill. melilot.  
rosar rubr. an. m. j. β.  
summit. absinth. p. j.  
coq. in aq. communi ad ℥ij β. in fine  
addendo aceti opt. ℥ij. spec. diatriumsant. ℥j β.  
Iterum ebulliant & postea colentur pro Epithemate.*

Post Epithematis adhibitionem inungatur locus tali lini-  
mento:

*Rx. ol. amygd. amaror., camomill, an. ℥ β.  
ol. rosacei, unguenti santalini an. ℥ij.  
M. pro linimento.*

Porro si inflammatio invalescit, ut & ejus suppuratio ( quæ  
tamen omni studio præcavendæ, ne ulcus immedicabile sequa-  
tur) prohiberi nequeat, natura mollientibus & maturantibus  
juvanda est: itaque tale tum adhibeatur cataplasma:

*Rx. rad. althææ ℥ β.  
fol. malvæ, flor. camomill,  
farinæ hord. an. mj. sem. lini ℥ β.  
coctis iis & contusis adde pinguedinis gallinæ q. s. F.  
Cataplasma.*

9. Cognoscitur inflammatio ad suppurationem tendens ex  
febri, dolore, aliisve symptomatibus ingravescentibus; confecto  
pure omnia illa mitescunt, vires tamen debiliores relinquuntur.  
Pus genitum vel in vasa se insinuat, & per sanguinis circula-  
tionem fertur illud ad cor, & inde vel in ventriculum, vel inte-  
stina, vel renes propellitur; vel pus genitum, disrupto epate, se  
infundit vel in cavitatem abdominis, quod sectione vel ustione  
ventris est educendum, vel illud peritonæo, cum muscu-  
lis abdominis & cute, exeso, ex eo foras ex pellitur, tumque ul-



202  
Aes  
cus, per vulneraria intro assumpta & foris adhibita, est sanandum.

10. *Victus*, pro ratione virium sit tenuis, ex ptisanâ & jusculis carniū, endivia & cichorio alteratis. Utendum hic abstergentibus, citra acrimoniam. Aromata & vinum vitentur. Potus sit cerevisia tenuis.

---

M E D I C A T I O F Æ M I N Æ,  
O B S T R U C T I O N E H E P A T I S  
L A B O R A N T I S.

1. **F**æmina 22. annorum, temperamento pituitosa, victu crasso & humido longo tempore usa, faciem & omnia fere membra pallore habet squalentia, genua & pedes, præsertim sub vesperam, ipsi tument. Urina ejus alba est & clara. Gravitās & distensio, cum obtuso dolore, dextro insidet hypochondrio, quæ, ubi mox se à cibo nonnihil exercet, ipsi potissimum est perceptibilis. Spiritum impeditè ducit, ubi altiora ascendit loca. Nulla adest febris vel sitis. Os salivâ madet: nec ullus in hypochondrio hæctenus observatur tumor.

2. Afficitur in hac ægra *facies & reliqua externi corporis moles*, quod ex earum pallore; afficiuntur etiam *gena & pedes*, quod ex eorum tumore; afficitur quoque, & quidem primario, hepar, quod ex gravitate, distensione, & dolore obtuso, sinistrum hypochondrium potissimum à cibo occupante, item ex urina alba & clara, nec non respiratione à corporis motu difficilius ductâ, est manifestum.

3. *Morbus* quo ægra affligitur, est intemperies pituitosa & viscida hepatis, quæ poros ejus & meatus obstruens & chymosin vitians, reliquaque in historia commemorata symptomata inducens

ducens, à potiori suo effectu reliqua producente, *obstructio hepatis* vulgo appellatur.

4. *Procatarrctica* hujus morbi *causa* est diutinus crassorum & humidorum alimentorum usus, quo adjuvante temperamento ejus pituitoso, multi crassi viscidi & tenaces & frigidi in ejus corpore geniti humores, *antecedentem* huic morbo præbuerunt causam. Pars vero eorum, partim ad hepar delata, ibique ejus meatus angustans & oppilans, intemperiemque ejus vitians; partim ad genas, pedesque, totumque corporis habitum perveniens, *continens* hujus morbi, symptomatumque jam enarratorum, est causa.

5. Dum enim humor ille pituitosus viscidus & tenax poros & meatus hepatis multis in locis occludit, ibique hæret, *parit in eo intemperiem pituitosam & viscidam, ac præterea obstructionem*, qua humores, hepar postea transituri, in eo retinentur, illique retenti, ac suâ copia & pondere hepatis, in dextro hypochondrio fiti, parenchyma gravantes & distendentes, pariunt in *dextro hypochondrio gravitatis & distentionis, obtuso dolore citra tumorem commitata, sensum. Hic post cibum assumptum & corporis exercitationem altiorumq; locorum ascensum magis est perceptibilis, difficilemque respirationem gignit*, propterea quod humores copiosiores eo ferantur, iique tum plus solito ibidem distendantur, & quod diaphragma, quod est præcipuum respirationis instrumentum, vehementius premant.

Et quoniam, ex hac hepatis intemperie pituitosa, cum obstructione conjuncta, chymus gignitur crudus & aquosus, qui deinde in aquosum in corde convertitur sanguinem, per totum corpus ad alituram diffundendum, hinc *facies totaque corporis externa moles*, quæ tali pituitoso sanguine nutriuntur, *squallido pallore perfunduntur.*

6. Et quia hic sanguis ad nutritionem est ineptior, calorque natus ex eo debilitatus, justam excrementi vaporosi discussionem in habitu corporis efficere non potest, hinc oritur ex sanguine illo eò propulso, sed non bene agglutinato, & ex vaporoso excremento



cremento retento, *genarum & pedum*, vasis in nostrâ ægrâ poro-  
sioribus instructorum, *tumor*; qui *sub vesperam magis est observabi-*  
*lis*, quod, ob corporis diurnum motum & erectionem, humores  
eō tum paulatim copiosius fuerint propulsi, nec per sanguinis  
circulationem in alias partes satis copiosè referri potuerint. Pi-  
tuitosus vero ille sanguis, ad tonsillas oris delatus, ibique aquo-  
siores suas partes in os deponens, *facit sitis absentiam, salivæque in*  
*ore abundantiam*. Ad cor vero citra putredinem, & deinde ad  
renes, ex viscidis illis humoribus obstructos vel angustatos per-  
veniens, producit *febris absentiam, urinamque albam & claram*.

7. *Morbis* hic, ob magnam hepatis affectionem, *periculosissimus*  
*est*. Metus enim est, ne in hydropem, vel scirrhum, vel alium gra-  
vem affectum, degeneret.

8. Diligentissima itaque curatione erit impugnandus; quæ in  
causæ procatarcticæ, antecedentis, continentis, & intemperiei,  
ac obstructionis, per contraria, ablatione, consistet.

9. Primo itaque utatur tali apozemate alterante & pur-  
gante:

℞. *rad. apii, petroselin, fanicul. an. ℥j. chelidonii majoris ℥jβ.*  
*filicis, enulæ campanæ, cort. rad. capparum, fraxini, ta-*  
*marisci an. ℥β.*

*fol. absinthii, agrimonie, capill. vener., chamedryos an. m. j.*

*flor. centaur. minor, hyperici an. p. j.*

*sem. apii, petroselini, anisi, faniculi, an. ℥β.*

*fol. sennæ ℥ij. rad. polypod. q. ℥β.*

*Decoq. in aq. hord. ad ℔β.*

*In Colatura dissolve syr. de cichor. cum rhabarb. ℥j β. m.*

F. Apozema

*de quo sumantur ℥ij. bis in die vel semel, pro ratione opera-*  
*tionis.*

Dum hoc utitur apozemate, hypochondrium dextrum hoc fo-  
veatur fomento, mane & vesperi, ante usum decocti:

℞. *rad. bryonia, althææ an. ℥jβ.*

*ebuli, cyperi, eryngii, capparidis, fraxini an. ℥j.*

*fol.*


00 A 6396

ULB Halle 3  
002 928 167



*St*







ne & vesperi ante pastum admovea-  
ubr. & albi.  
omnium,  
argariti frigid. an. ʒj.  
camphora gr. ij.  
Bβ. borag. bugloss. an. ʒij.  
i opti. parum. M. F. Epithema.  
em facculū cordis regioni admoveat;  
rubr. exsicc. an. ʒj.  
liss. exsicc. ʒj.  
tal. omnium an. ʒj. β.  
s de corde cervi pulv.

50  
202  
MEDICATIO DUORUM ÆGRORUM,  
INFLAMMATIONE, ET  
OBSTRUCTIONE HEPATIS,  
LABORANTIUM;

Q V A M,

DEO OPT. MAX. AUXILIANTE,  
SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

D. HENRICI REGII,

Reip. Ultraject. POLIATR1, & Medicinæ,  
Anatomes, ac Botanices Professoris Ordi-  
narii, ac Philosophi eximii,

*Publicæ disquisitioni exhibet*

CORNELIUS COOPER, Harlemo - Batavus.

*Ad diem 1. Decembris. horâ 9. matutinâ.*



TRAJECTI AD RHENUM,  
TYPIS Theodori ab Ackerdijck, & Gisberti à Zjll,

clo. 12. c. LII.

